



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

5. Vari Relliqviasqve Dvcis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

comm. reip. Rom. c. 6. Sicambros enim, ante emigrationem, finitimos Cheruscis, ubi Dethmoldia, & latè in diocesi Paderbornensi habitasse, ex Dione suprà probatum.

3. LOCA VASTA. Tum ob solitudinem, tum ob amplitudinem *Tentoburgiensi saltus*, qui in diocesi Osna-brugensi exsurgens, per Ravensburgicum & Lippiensem comitatum, & totam Paderbornensem ditionem longissimo montium silvarumque tractu porrigitur. Vasta enim loca appellantur, quæ vel magnitudinis terminos excedunt, vel deserta & solitaria sunt, nec sine horrore peraguntur. Vossius in etymolog.

3. SISTE VIATOR ITER. Vetus in monumentis, & frequens his verbis compellendi viatorem formula. Meretur hanc moram propter Vari cladem, & victoriam Caroli M. in Romanâ & Francicâ historiâ inclutus saltus.

4. HIC RAPTAS AQVILAS CLADIS MONVMENTA LATINÆ, &c. Tacit. l. i. An. Florus. lib. 4. c. 12. alique suprà citati.

5. VARI RELIQUIASQUE DVCIS. Tac. lib. i. An. *Hand procul Tentoburgiensi saltu, in quo reliquie Vari, legionumque inssepulta dicebantur*, & locis glebosis caluæ, seu crania hominum disjecta, ossaque passim effodiuntur. Hamelman. in genealogiâ com. Lipp. Ilac. Pontanus lib. i. orig. Franc. c. 9.

6. EGIT ET HIC CELEBREM THIETMALLO TESTE TRIUMPHVM. Celebrem hinc triumphum Carolus M. egit, quia prælio, non auspicijs ejus tantum, ut pleræque alia, verum etiam ductu inito, interfuit, & ingentem victoriam, innumerabili hostium multitudine interfectâ, reportavit; Eginhardus in vit. Caroli. M. Astronomus in reb. gest.